



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 7. Crispi Cardinalis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

**Sæcul. XVI.** clesiam sancti Spiritus de Saxia; ve-  
A. C. 1566. rum ejus familiaris, ac testamenti exe-  
 cutor Scipio Rebiba, qui Cardinalis  
 Pisanus nuncupabatur, ejus corpus ab  
 Ecclesiæ ingressu ad majus altare trans-  
 ferri, marmoreoque sarcophago imponi  
 curavit addito quodam Epitaphio. De  
 hoc Cardinale narratur, quod is quon-  
 dam, cum adhuc Rotæ Auditor esset,  
 & munere suo fungens civilem caussam,  
 ac controversiam in Joannis Petri Car-  
 dinalis Carratæ, postea Pauli IV. favo-  
 rem juste diremisset, ex ducentis au-  
 reis, quos ei hic submiserat, duos tan-  
 tum retinuerit, atque hujus pecuniæ  
 bajulo dixerit: *Hi duo tantum mihi  
 deuentur: reliquos Cardinalis habeut.*

### §. VII.

#### *Crispi Cardinalis mors.*

*Ciacon. t. 3.  
 pag. 706.  
 Ughel. Ital.  
 Sacr.* **Q**uarto loco recensendus venit Tib-  
 rius Crispus patria Romanus Pauli  
 III. ante Pontificatum familiaris, ac  
 Constantiæ Farnesiæ frater naturalis,  
 porro is anno a partu Virginis mille-  
 simo quadringentesimo nonagesimo o-  
 ctavo pridie Kalendas Februarii primam  
 lucem aspexit, ac jam in primis juven-  
 tutis suæ annis animum ad literas ad-  
 eo propensum ostendit, ut brevi uber-  
 rimos eruditionis suæ fructus profer-  
 ret, nam mira etiam in consiliis inve-  
 niendas

niendis facilitate , ingenii acie , ac me- Sæcul.XVI.  
moriæ firmitate pollebat , hisque doti- A.C.1566.  
bus clarus benevolentiam Cardinalis  
Farnesii sibi conciliabat , a quo etiam  
ad summum Pontificatum evecto arcis  
Perusinæ Præfectus , ac postea Urbis  
Gubernator creabatur : cum autem ad-  
huc ad ampliora destinatus esset ne-  
gotia , Romam accersitus Arci sancti  
Angeli præficiebatur , Basilicæque Va-  
ticanæ Canonicus eligebatur , ac de-  
nique ab eodem Pontifice Anno repa-  
ratæ salutis millesimo quingentesimo  
quadragesimo quarto renuntiabatur Car-  
dinalis Diaconus tit. S. Agathæ , nec-  
non Umbriæ Legatus : regnante au-  
tem Julio III. Cardinalibus Presbyteris  
titulo sanctæ Mariæ Transtyberim ac-  
censebatur : insuper etiam Amalphita-  
num Archiepiscopatum in Neapolis re-  
gno , necnon Nepesinum , & Sutrinum  
Episcopatum in Etruria obtinuit , post-  
quam per triennium Sueffanensem Ec-  
clesiam rexerat : tandem autem Sutri  
die Dominica , decima quarta Octobris  
anno millesimo quingentesimo sexage-  
sim sexto ætatis suæ anno sexagesimo  
nono mortalitatem exuit . Intererat  
sacris comitiis , in quibus Julius III.  
Marcellus II. Paulus IV. Pius IV. &  
Pius V. in Romanos Pontifices fue-  
rant electi .

A 5

§. VIII.